

veram beatitudinem pervenire potest, nisi qui deo placeat. Et deo nemo potest placere nisi per fidem. Fides ergo bonorum omnium est fundamentum, humanę salutis initium. Sine hac nemo hic misericordiam consequitur in hoc seculo neque in futuro. Proinde omnis homo discat fidem catholicam, maxime tamen doctores populi christiani, ut possint veritati contradicentibus resistere et pacem fidei catholicę amantibus prodesse.

Quomodo quis docet, quod non didicerat vel quomodo pastor esse poterit, qui gregem dei salina doctrina pascere ignorat? Ideoque non erubescat nesciens discere quod ignorat nec sciens tardus sit docere quod novit, quia, uterque rationem coram deo redditurus est pro accepta pecunia domini sui. Et servus fidelis in gaudium intrat domini sui, piger autem in tenebras eicitur exteriores, ibi erit fletus et stridor dentium^{a)}, quod nos divina pietas evadere concedat.

Deinde necesse est, ut diligentius^{b)} unusquisque primum suę conditionis ordinem adtendat, sicut idem doctor ait, et venerandam sanctę trinitatis in

fol. 76r

vgl. Matth. 25, 14–

a) gentium Cod. b) dilecto Cod.

wörtliches Augustinus-Zitat freilich nicht belegbar, vielmehr Alcuin, *De fide sanctę et individualę trinitatis* c. 1 (*Migne*, PL 101, Sp. 13 D–14 C): Denique ad veram beatitudinem pervenire volentibus primo omnium fides necessaria est (*Aug., De trin. XIII, 7*: fides est necessaria), sicut apostolica docet auctoritas, dicens: sine fide impossibile est Deo placere. Constat ergo neminem ad veram pervenire posse beatitudinem, nisi Deo placeat; et Deo neminem placere posse, nisi per fidem. Fides namque [est] bonorum omnium fundamentum. Fides est humanę salutis initium; sine hac nemo ad filiorum Dei potest consortium pervenire; quia sine ipsa nec in hoc seculo quisquam justificationis consequitur gratiam, nec in futuro vitam possidebit æternam. Et si quis hic non ambulaverit per fidem, non perveniet ad speciem beatae visionis Domini nostri Jesu Christi. Proinde omnis anima rationalis ætate congrua discat fidem catholicam, maxime populi prædicatores Christiani, et ecclesiarum Dei doctores, ut possint veritati contradicentibus resistere (*Admon. gen. c. 82, S. 62, 11*: ut possimus contradicentibus veritati resistere), et catholicam amantibus pacem prodesse. Quomodo docebit quis quod non didicit? Vel qualiter pastor esse poterit, si pane vitę gregem sibi commissum pascere ignorat? Nec erubescat nesciens discere quod ignorat, nec sciens tardus sit docere quod novit. Sciatur uterque se suo Domino acceptę pecunię rationem redditurum. Tunc desiderabilem fidelis servus audiet vocem Domini dicentis: Euge serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini Dei tui.

Zeilen 21–32: Bei Augustinus nicht wörtlich nachweisbar, Thema und einzelne Wendungen sind aber durchaus augustinisch, z. B. der Gedanke, daß der Mensch secundum suam naturam ordinari appetat (*De trinitate* X, 5), das Erkennen des Bildes der hl. Trinität, der wahre Ewigkeit zukommt, in sich selbst (*De civitate Dei* XI, 28), das oberste Gebot für den Menschen, Gott und (bzw. in der) Seele zu erkennen (*Soliloquia* 2), der Zusammenhang zwischen Gotteserkenntnis und -liebe (*De trinitate* XIV, 8, 12, u. ö.), die wahre menschliche Glückseligkeit (*De trinitate* XIII, passim), die Erschaffung des Menschen nach dem Bilde Gottes bzw. der hl. Trinität (*De trinitate* IX, passim, XIV, 4, *Soliloquia* 1, u. ö.). Zu belegen sind die Zeilen 21–23: Alcuin, *Dicta Albini de imagine Dei*, ed. John Marenbon, *From the*